

Hic Pan est Demogorgonis filius, quem Vergilius Poeta inuenisse fuisse affirmat Rabanus in lib. i. De Origine Rerum referente Boccatio, cornua fronti infixa habere scribit, quæ in cœlum exporrigantur, præterea barbam prolixam, & in pectus pendulam affingunt, loco pallii pellem distinctam maculis, quam Nebridē veteres vocabant, purpuream addit faciem Vergilius, quæ omnia, quid reconditi habeant est videre apud Boccatium lib. i. Genealogiæ Deorum.

Illum Sylvanum esse arbitramur in fronte cornutum, manu altera virgam, altera vero cornu tenentem, membris inferioribus hirsutum & hispidum, pedes habentes caprinos. Nam quod Rabanus eundem esse cum Pane existimat, non videtur esse verisimile, eo quod diuersos figura inuicem esse describat Panæq; Sylvanumq; senem Nymphasq; sorores. Sed quid velis sectari liberum sinimus.

